



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 20. Loci quidam ex Oratore Ciceronis ad Brutum illustrati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

appiant pro suo. Versus sunt è Bacchidibus :

Postquam aurum abstulimus, in nauem conscendimus,

Domum cupientes, fortè vt ad sedi in stega,

Dum circumspecto: atque ego tum lembum conspico,

Longum est rigorem maleficum exornariet.

Virgilius Atque, ita positum est, vt in illo Virgilij,

Atque illum in praeceps pronorapit alueus amni.

Sed hoc fortassis omnes vident, eorū autem versuum

postremum quis, quæso, intelligit? *Strigas* vocabant

mulieres maleficas, quas etiam noctu volare arbitra-

bantur. Eodemq. modo *strigones*, homines maleficos,

eorum vocabulorum vtroq. hodieq. vulgus in Italia

ritur. Vaser igitur ille seruus, quem lembum malefi-

cum vocaturus erat, quod eo piratas vectos esse simu-

laeum prius, quasi idem valente vocabulo, *strigo-*

tem nominauit: vt planè legendum sit hoc modo:

Longum strigorem, maleficum exornariet.

Loci quidam ex Oratore Ciceronis ad Brutum

illustrati.

CAP. XX.

M. CICERO etsi de laudibus suis non inuitus

prædicabat, potiusque in eam partem peccabat, vt in

enimmodicus atq. immoderatus esset: semper tamen

ingenier cavit, ne sibi ingenij laudem arrogaret: po-

teriusq. videri voluit labore & diligentia, quam ingenij

præstantia aliquam dicendi facultatē consecutus. In-

genio enim nihil esse inuidiosius, quam de inge-

nio suo gloriari: cum quauis laude facilius homines

quàm laude ingenij cedant, vt verè cecinit

Martialis:

Aurum & opes & rura frequens donabit amicus.

Qui velit ingenio cedere, rarus erit.

Nota igitur illa sunt: *Quominus ingenio possum, subsidio*

Y

mihî

M. Cicero
Lectio
II
28

mihi diligentiam comparavi: & Si quid est in me ingenij
 iudices: quod sentio quàm sit exiguum: & Aristoteles
 omnes ingeniosos melancholicos esse: ut ego tarditer
 me non moleste feram: & similia. Sed & in Oratore
 Brutum locus quidam est, in quo sibi ingenij laudem
 detrahit: quod tamen eo minus animadvertitur.
 Locus ille aliquot vocibus mancus ac mutilus legatur
 etiam in iis libris, qui cum librorum veterum acce-
 collati esse dicuntur. Ita enim cum vulgò scriptum
 videas: *Atque haud scio an plerique nostrorum Oratorum
 ingenio plus valuerint, quàm doctrina; itaque illi dicere
 melius quàm precipere, nos contra fortasse possumus.* Sed
 complures iam anni sunt, cum Alexander Glorietur
 tunc quidem magnæ spei adolescens, nunc autem
 clarissimus, qui quæ magnis in rep. muneribus per-
 etus, concitatæ iam pridem expectationi præclarè
 ni ex parte respondeat, librū veterem mihi veniens
 dedit, in quo ita integrius & emendatius legebatur.
*Atque haud scio an plerique nostrorum oratorum, etiam
 atque nos ingenio plus valuerint, quàm doctrina. Itaque
 dicere melius quàm precipere: nos contra fortasse possumus
 melius docere.* Eodem illo in libro ita scriptum est.
*Quomodo enim vester Axilla Abala factus est, nisi fugax
 ter a vastioris? Quam litteram etiam è maxilla, & axilla
 & vexillo, & pauxillo consuetudo elegans Latini sermo
 euellit. & paulo infra: decemvirosum silitibus indicandis
 non ut vulgò, litibus indicandis. Neque hæc indigna
 visa sunt, quæ gloriorem.*